

volunt observari. Inde est, quod licet de predictorum principum nostrorum fide ac devotione nullatenus dubitemus ac de voluntate eorum, qui ex parte ducis Suevie in eo debent interesse colloquio, pro maiori parte bene confidamus, tamen quia paternitatis vestre protectionem ac Romane ecclesie auxilium et auctoritatem in omnibus nostris  
5 desideramus negotiis — —.

## 48.

*Markgraf Dietrich bekundet, daß Wilhelm gen. Spilmann, Bürger zu Leipzig, drei an diese Stadt angrenzende Hufen von Heinrich von Wahren in Lehn gehabt, sie demselben, dieser aber wieder dem Markgrafen aufgelassen und jeder seinen Theil dem Kloster Alzelle als ein Almosen über-*  
10 *eignet hat, jedoch so, daß von dem Markgrafen diese Lehnüter in Zinsgüter verwandelt, der Zins davon an  $\frac{1}{2}$  Mark Heinrich von Wahren überlassen und das Eigenthum dem Kloster übereignet worden.*  
**Leipzig, 1200 Juli 10.**

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 125. Das S., an rothseidenen und baumwollenen Fäden, =  
Tafel II, 5.*

15 *Gedr.: Mencke, SS. 2,452.*

*Ann.: Altzeller Handl. Posse, Lehre von den Privaturk. 20.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis marchio. | Quoniam ex multa sue largitatis abundantia copiosis a deo nos beneficiis cum-  
latos videmus, sed ad condignas gratiarum | actiones minus idoneos, cum in servis suis  
20 aliquatenus saltem dignum est ut honoremus, ipsi, que possumus, eis beneficia | prestemus et  
prestare volentibus assensum auctoritatis nostre favorabilem inclinemus. Igitur tam  
presentibus quam futuris notum esse volumus, quod quidam Wilhelmus cognomento  
Spilman civis noster in Lipz tres mansos ipsi civitati contiguos in beneficio habens de  
Heinrico de Warin ipsi resignavit et ille nobis, siquidem eos de nobis et ipse habuit iure  
25 feodali, et eos Celle beate Marie quibus nostrorum pro parte sua contulimus in elemosinam.  
Verum quoniam eadem bona ex integro libertate donari non poterant utpote beneficalia,  
placuit ea nobis fieri censualia et ipsum censum dimidiam scilicet marcam prefato Heinricho  
de Warin concessimus, reliquos usus et ipsam hereditatem ecclesie supra dietę perpetuo  
iure contulimus, abbatem ipsius dominum Matheum pilleolo nostro investivimus, hac usi  
30 cautela, ut, dum ecclesia cuilibet iure beneficii annum censum penderet, ab omni maneret  
impetitore liberrima. Ne quis ergo huic nostre cautioni et cautę donationi qualicumque  
presumeret tergiversatione contraire, presentem paginam cum appensione nostri sygilli et  
testimonio virorum probabilium, quorum ista sunt nomina, pro assertione veritatis posteris  
dereliquimus: Heinrichus de Sterenberg. Albertus de Dreuze. Erkenboldus de Grizlau.  
35 Albertus do Uroburg. Heinrichus de Corun. Bernhardus de Trebecin. Gunterus de  
Bunöwe. Albertus de Böcheim. Cōnradus de Peles. Iohannes de Ozzetz. Acta sunt  
hec in civitate nostra Lipz anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo, indictione  
tercia, sexto idus iulii, regnante domino nostro Iesu Christo.

(S.)